Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



diligit dies uide bonos Prohibe lingua tua a malo ⁊ labia
tua ne loquant dolum Declina a malo ⁊ fac bonum
inquire pacem et persequere eam Oculi dni super iustos
et aures eius in preces eorum Vultus autem dni super faci
entes mala ut perdat de terra memoriam eorum Clamauerunt
iusti et dns exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus
eorum liberauit eos Iuxta est dns his qui tribulato sunt
corde et humiles spiritu saluabit Multe tribulationes
iustorum et de omnibus liberauit eos dns Custodit dns
omnia ossa eorum unum ex his non conteretur Mors peccatorum
pessima et qui oderunt iustum delinquent Redimet
dns animas seruorum suorum et non delinquent omnes qui spe
rant in eo Gloria patri et filio et spiritui sancto sicut erat in principio
Iudica dne nocentes me expugna impugnantes me
Apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium
mihi Effunde framea et conclude aduersus eos qui per
sequuntur me dic anime mee salus tua ego sum Confundantur
et reuereantur querentes animam meam Auertantur retrorsum
et confundantur cogitantes mihi mala Fiant tanquam
pulius ante faciem uenti et angelus dni coartans
eos Fiat uia illorum tenebre et lubricum et angelus
dni persequens eos Quoniam gratis absconderunt mihi
interitum laqueum suum supuacue exprobrauerunt animam
meam Ueniat laqueus quem ignorat et captio quam
abscondit apprehendat eum et in laqueum cadat in ipsum
Anima autem mea exultabit in dno et delectabitur
super salutari suo Omnia ossa mea dicent dne quis
similis tui Eripies inopem de manu fortiorum eius
egenum et pauperem a diripientibus eum Surgentes
testes iniqui quia ignorabam interrogabant me Re
tribuebant mihi mala pro bonis sterilitatem anime